

nonne talis omnino et fieri et haberi debeat etiam imitator factorum? *Summum igitur studium nostrum sit in Jesu Christi meditari* (1).

Cum divinarum rerum quotidiana consideratione ma-
refert ut sacerdos piorum librorum lectionem, eorum in pri-
qui divinitus inspirati sunt, conjungat assiduus. Sic Paulus m-
dabat Timotheo: *Attende lectioni* (2). Sic Hieronymus, Ne-
tianum de vita sacerdotali instituens, id inculcabat: *Nunqu-*
de manibus tuis sacra lectio deponatur; cujus rei hanc subter-
bat causam: *Disce quod doceas; obtine eum qui secundum do-*
ctrinam est, fidelem sermonem ut possis exhortari in doctrina
sana et contradicentes revincere. Quantum enimvero proficiu-
sacerdotes qui constanti hoc præstant assuetudine; ut sapi-
prædicant Christum, utque mentes animosque audientium, poti-
quam emolliant et mulceant, ad meliora impellunt, ad super-
erigunt desideria! — Sed alia quoque de causa, atque ea i-
rem vestram, dilecti filii, frugifera, præceptio valet ejusdem
Hieronymi: *Semper in manu tua sacra sit lectio* (3). Quis eni-
nesciat maximam esse in amici animum vim cujuscumque am-
qui candide moneat, consilio juvet, carpat, excitet, ab errore
avocet? *Beatus, qui invenit amicum verum* (4). . . . ; *qui au-*
tem invenit illum, invenit thesaurum (5). Jamvero amicos vere
fideles adscribere ipsi nobis pios libros debemus.

De nostris quippe officiis ac de præscriptis legitimæ disci-
plinæ graviter commonefaciunt; repressas in animo cælestes vo-
ces suscitant; desidiam propositorum castigant; dolosam obtur-
bant tranquillitatem; minus probabiles affectiones, dissimulatas,
coarguunt; pericula detegunt, sæpenumero incautis patentia.
Hæc autem omnia sic illi tacita cum benevolentia præstant, ut
se nobis non modo amicos præbeant, sed amicorum perquam op-
timos præbeant. Siquidem habemus, quum libeat, quasi lateri
adhærentes, intimis necessitatibus nulla non hora promptos;
quorum vox nunquam est acerba, consilium nunquam cupidum,
sermo nunquam timidus aut mendax. — Librorum piorum salu-
berrimam efficacitatem multa quidem æque insignia declarant
exempla; at exemplum profecto eminent Augustini, cujus prome-
rita in Ecclesiam amplissima inde auspiciis duxerunt: *tolle,*
lege; tolle, lege. . . . *Arripui* (epistolæ Pauli apostoli), *aperui*
et legi in silentio. . . . *Quasi luce securitatis infusa cordi meo,*
omnes dubitationis tenebræ diffugerunt (6). Sed contra heu!

(1) De imit. Chr. I. 1.

(2) I Tim. IV, 13.

(3) Ep. LVIII, ad Paulinum, n. 6.

(4) Eccli. xxv. 12.

(5) Ib. VI, 14.

(6) Conf. I, VIII, c. XII.